

Coqu. ad remanentiam ℥xv. Colatura  
aromatifetur cinamomo & rotul. man.  
Christ. Dol. ℥iij. hor. 3. ante prandium.

*Lochius teste citato jam Autore cor-*  
pore evacuato locum strumarum hoc fo-  
mento spongiâ madefactâ fomentari  
iussit.

℞ ∇ vit. compos. simpl. Spir. junip. ā ℥j.  
Flor. chamomill. melilot. ā ℥j.  
Sem. lin. fœn. græc. ā ℥ii. rad. aristol.  
rot. pyrethr. ā ℥℔.

Incidantur & coquantur parum pro fo-  
tu. Phura videantur loco citato.

CAPUT XXIX.

ISCHIADICUM DOLOREM  
PELLERE JUNIPERUM  
PROBAT.

QUamvis ad arthritidem commodè  
referatur *Dolor Ischiadicus*, quoniam *Dolor I-*  
ab iisdem ferè causis ac illa proveniat, *schiadicus*  
lubuit tamen peculiari hoc capite de illo  
agere, cum ideò dolor iste dicatur Ischia-  
dicus, quod circa ossis Ischii regionem  
animadvertatur ibique fixam sedem sibi  
arroget. Malum est chronicum & perti-  
nax, propter loci profunditatem & am-  
plitudinem ac materiæ affluentis copi-  
am, quam amplius ille locus capit.

Curationem cum arthritide ple-  
rumque communem habet & ab illa pa-  
rum differt, nisi quod notante *Sennerto*

purgantia fortiora, vomitoria inprimis, fortioraque medicamenta resolventia & attrahentia requirat.

Interna, quoniam de iisdem in arthritidis consideratione egimus, libentes jam sicco præterimus pede & externa saltem celebriora adnectimus medicamenta.

Ad pertinacem dolorem Ischiadicum sequens adhibuit Unguentum *D. Scultetus observat. 73. part. 2. Armament. Chirurg. p. 174.*

℞ *Pingued. tax. vulpin. ā ʒiij.*

*Ol. mastich. coct. ʒij. Spic. ʒj. juniper. destillat. ʒj. Misc.*

Vel

℞ *Flor. Hyosiam. mens. Jun. collect. q. v.* Indantur vitro & probè occludantur, sub terram sepeliantur, ibi mutabuntur in  $\nabla$ m.

℞ *Hujus  $\nabla$ e ʒij.  $\circ$  Juniper. ʒj.*

*Misc. & loco dolenti applica. Hoc 3. horarum spatio dolores lenire affirmat Conrad. Kunrath tract. 20. medull. destill. p. 450. ubi & multa alia talia videnda.*

*Platerus lib. 2. Observat. fol. 514. in ejusmodi dolore locum affectum inungere jussit cum  $\nabla$  vitæ infus. thym. ros-marini, salv. lavend. majoran. addito oleo Juniperi & spicæ parùm. Poterius Centur. 2. Observat. Curat. X. Semicupium sequenti*

ti



ti modo paratum in pertinacissimâ, atrocissimâ, funestissimâ & planè deploratâ Ischiatide optimo cum successu paravit illudque paululum mutatum *Curat.* 13. eâdem utilitate repetiit.

℞ Rad. Bryon. ℥ij. Ebul. fascicul. iv.  
 Bacc. juniper. ℥j.  
 Fol. prim. ver. lv. arthet. menth. major.  
 Salv. rosmarin. chamomill. melilot.  
 ā Miv.

Concis. D. S. Species pro Semicupio.

*Curatione* 35. Idem Autor loco affecto sequentem fotum admovit.

℞ Bacc. Juniper. laur. sem. fœn. græc. lin.  
 cumin. ā p̄j.  
 Herb. menth. salv. rosmarin. lv. arthet.  
 arthemis. ā Mj.

Coqu. in l. q. ∇æ & Vini pro fotu.

Thermas artificiales hic non incongruas ita parat *Telemannus p. 396. d. mater. med.*

℞ ♂ citr. ℥iij. miner. alum. ♂. marin.  
 rad. pyretbr. ā ℥j.

♀i alb. ♂i ā ℥℥. Bacc. juniper. laur. ā  
 ℥vii.

Lumbric. terr. Spir. Vin. lot. ♂ exsiccat. ℥vi.

Herb. rosmar. salv. majoran. spic. byssop.  
 chamapytid. rhym. ā ℥j.

Fl. chamomill. verbasic. melilot. hyperic.  
 ā ℥℥.

Coqu. in ∇â l. a. CAP.